



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119193**

§. 69. Pius V. Pontifex Maximus a Clemente X. Beatorum Albo insertus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

## §. LXIX.

Sæc. XVII.  
A. C. 1672.*Pius V. Pontifex Maximus a Clem. X.  
Beatorum Albo insertus.*

Interim summus Pontifex, Polonos a *Bull. magn.*  
Turcis devictos, Regnique Proceres *t. 6. Clem. X.*  
acerbis inter se dissidiis scissos, necnon *Const. 60.*  
Christianos Principes mutuis bellis di- *Theatr. Eu-*  
stentos esse, tanto animi mærore com- *rop. tom. II.*  
pererat, ut in periculosum incideret *Gottfrid.*  
morbum, a quo tamen brevi recon- *Hist. Chron.*  
valescens, totus in eo fuit, ut afflicto *part. 3.*  
Poloniæ Regno amplis pecuniarum sub- *pag. 163.*  
sidiis opem ferre, ac Franciæ Regem ad  
arma a Christianis in Turcas conver-  
tenda inducere posset. Inter graves  
hæc curas potior adhuc erat Dei cul-  
tum, ac Sanctorum honorem amplian-  
di sollicitudo, qua incitatus Pontifex,  
in virtutes & prodigia servi Dei Pii V.  
Pontificis Maximi sedulo ac mature  
inquiri jussit, postquam vero sacra Con-  
gregatio hujus piissimi Pontificis sancti-  
tatem, virtutes heroicas, & miracula,  
aliaque charismata esse firmiter com-  
probata referebat, summus Pontifex,  
ad preces plurium Regum, aliorumque  
Principum ac totius Ordinis Domini-  
cani, quem olim præfatus Dei Famu-  
lus profitebatur, eundem Beatorum  
honoribus esse colendum hoc anno die

S s 5

vige-

Sæc. XVII vigesima septima Aprilis declaravit, A. C. 1672. editaque Constitutione concessit, ut in omnibus Ecclesiis tam sæcularibus quam Regularibus utriusque sexus de eodem Beato officium recitari, & Missa de Confessore ac Pontifice die quinta Maij celebrari valeat. Cum autem Paulus Oliva Societatis Præpositus Generalis Clementem X. Pontificem promovendis Sanctorum honoribus intentum, propensumque cerneret, ipse etiam eundem suppliciter adiit, quatenus nonnullos Socios in Hungaria trucidatos tanquam Martyres agnosceret: verum Pontifex ira commotior, eidem respondit, illos nequaquam ex odio fidei, sed ob profanas causas fuisse interfectos.

## §. LXX.

*Diversæ ejusdem summi Pontificis Constitutiones.**Bull. l. c.*

**P**ræter hanc Constitutionem idem summus Pontifex hoc anno plura alia edidit decreta, ac primo quidem die secunda Januarii omnes Indulgentias Sodalibus Confraternitatis B. V. M. de monte Carmelo a Paulo V. concessas ad preces Matthæi Orlandi ejusdem Ordinis Præpositi Generalis confirmavit, extenditque ad animas Purgatorum per modum suffragii. Exorta autem con-